Epistola

LEcti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Romános.
FRAtres: Humánum dico, propter infirmi-tátem carnis vestræ: sicut
enim exhibu-ístis membra vestra servíre immundí-ti-æ, et iniqui-tá-ti
ad iniqui-tátem, i-ta nunc exhibéte membra vestra servíre justí-ti-æ in
sancti-fica-ti-ónem. Cum enim servi essé-tis peccá-ti, líberi fu-ístis justí-
ti-æ. Quem ergo fructum habu-ístis tunc in illis, in quibus nunc erubé-
sci-tis? Nam finis illórum mors est. Nunc vero liberá-ti a peccáto, servi
autem facti De-o, habé-tis fructum vestrum in sancti-fica-ti-ónem, finem
vero vi-tam ætérnam. Stipéndi-a enim peccá-ti, mors. Grá-ti-a autem
De-i, vi-ta ætérna, in Christo Jesu Dómino nostro.